

inventus sit ex officialibus, qui iudice officio privatus fuerit vigore dicte Bullae, neque ullus ex sociis qui ad fructum contra formam Bullae perceptorum restitutionem fuerit condemnatus, sed etiam per contrarium usum cum iuris politivi sit, abrogari potuit & de facto abrogata cenferi debet, cum inoleverit iam consuetudo longissimi temporis, quo officiales ad petitionem extraneae personae assumere quotidie solent sibi socios super officio ultra illius valorem gravato scientibus & patientibus Romanis Pontificibus; & de hoc filio Curiae contrahendi societates officiorum super officiis ultra valorem gratis attestantur Domini de Rota, decis. 310. n. 5. part. 4. divers. Quamvis enim in Constitutionibus Apostolicis, quae non a consensu populi sed ab auctoritate a Christo Domino Summis Pontificibus attributa proficiscuntur admitti non possit propositio Navar. conf. 4. incip. Pana, n. 4. de injur. & damn. dat. conf. 10. Per gratia, n. 3. de sent. excomm. lib. 5. & aliorum

quos cumulat Hieronim. Gabr. conf. 78. n. 9. & 10. vol. 2. assentientibus illas non ligare, nisi sint usu receptae, tamen admittenda est alia propositio tanquam facris Canonibus consentanea & a Doctoribus ubique recepta; quod per contrarium usum cum scientia Papae & longissimi temporis cursu abrogari valeant, ut optime declarat Cardin. in proam. Clement. vers. Universitatis, n. 3. in fin. Nulla enim est lex positiva per contrarium consuetudinem rationabilem & legitime praescriptam abrogari non possit, cap. Ipsi, §. Leges, 4. dist. c. fin. ubi Canonista, de consuet. & scripsit Abb. conf. 7. col. penult. in princ. lib. 2. vers. Et notanter, Rom. conf. 512. n. 130. in fin. vers. Tertio quia Bart. & Doctores, in l. De quibus, ff. de legib. & in propriis terminis tradit Roland. conf. 73. n. 42. lib. 1. & de generali Urbis consuetudine inveniendi in societatem officiorum super officiis alienis, Rota, decis. 311. n. 5. part. 4. diversior.



DE CRIMINE FALSI

D. Augustinus.

CAPUT I.

Falsidicus testis tribus personis est obnoxius; primum Deo, cujus praesentiam contineret: deinde iudici, quem mentiendo fallit: postremò innocenti, quem falso testimonio laedit, uterque reus est, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit, quia & ille prodesse non vult, & ille nocere desiderat.

SUMMARIUM.

- 1 Testis falsidicus tres laedit, Deum, iudicem & partem & n. 120. usque ad n. 133.
2 Falsi sanò tenetur testis, non modo si falsum dicit, sed etiam si veritatem occultat & n. 124. & seqq.
3 Delicto unico potest quis laedere plures personas & tenetur omnibus satisfacere.
4 Et qui in pluribus offendit, in pluribus puniatur.
5 Testis tenetur de falsa, si interrogatus super certo articulo, dicat se nescire aut non recordari, vel si deponat obscure, versus vel per molitionem & n. 123. & seqq.
6 Secus si non iurasset vel non fuisset interrogatus.
7 Tacens veritatem quando tenetur sanò falsi & peccet, late declaratur & n. seqq.
8 Tacens veritatem peccat, quando assumpsit officium testificandi, ibid.
9 Et est peccatum mortale & n. 124.
10 Idem est, quando aliter ex alio officio assumpto tenetur dicere veritatem.
11 Et idem quando ex alia causa ad id tenetur.
12 Tacens veritatem superioribus suis peccat.
13 Quod procedit etiam in tacente crimen capitale per ipsum commissum, n. 125.
14 Tacens veritatem non peccat, quando non compellitur respondere & veritas aliter haberi potest.
15 Limitatur quando procuraret ne veritas ab aliis possit haberi.
16 Tacens veritatem peccat, quando non potest aliter de veritate liquere & proximus inde damnum patitur & n. 121.
17 Tacens veritatem ad favorem proximi, ne puniatur in causa criminali, non peccat.
18 Fallit primò quando assumpsit officium testificandi vel aliàs ex officio tenetur.
19 Fallit secundò in subsidiùm, quando veritas aliter haberi non potest.
20 Tacens veritatem in impetratione à Principe, peccat.
21 Paria sunt nocere iniuste & iuste prodesse velle.
22 Jurans falsum, subaudiendo aliquid in mente quod reddat sensum verum, an peccet mortaliter & n. seqq. usque in

- finem.
21 Quid si id faciat sine iusta causa.
22 Et quid si iusta causa subit, n. 26. & n. seqq. usque in finem.
23 Juramenti finis est determinatam veritatem aperire & n. 133 & seqq.
24 Juramentum quod huic fini adversatur, non inducit mortale peccatum in materia levi, n. 24.
25 Juramentum cui deest sola discretio, non ingerit culpam mortalem & n. 152.
26 Jurare loci causa Principem esse in oppido, intelligendo pictum, est grave peccatum, sed non mortale & n. 25. Imò est mortale, n. 145. & seqq.
27 Jurare falsum ex iusta causa, subaudiendo aliquid in mente quod reddat sensum verum, nullam esse culpam quae Auteres sentiant.
28 Et quibus fundamentis & n. seqq. usque ad n. 55.
29 Scriptura Sacra frequenter utitur verbis quae secundum litteram videntur falsa, sunt tamen vera secundum implicitas subauditiones, ibid. & n. 161.
30 Deus audit verba nostra prout ex infirmis proferuntur, humana aures, prout foris sonant & n. 70.
31 Declaratur n. 156. & seqq.
32 Deus audit verba nostra prout ex infirmis proferuntur, humana aures, prout foris sonant & n. 70.
33 Veritas aut falsitas sermonis non est accipienda ex verbis externis, sed ex intentione presentientis.
34 Contrarium n. 84.
35 Declaratur n. 76. & 161. vers. Non obstat secundum.
36 Verba deserviant intentioni, non intentioni verbis & n. 71.
37 Linguam ream non facit nisi rea mens & n. 72.
38 Mentiri est contra mentem ire & n. 163.
39 Mendacii ad rationem verba materialiter se habent, sed formaliter ex mente presentientis est accipienda & n. 87. in fine.
40 Declaratur n. 163.
41 Mendax non est qui dirigit gressus in aliquam partem ad quam ire non intendit & n. 164.
42 Opinio asseruens perjurium non esse verbum falsum jurare & interna

- interna subauditione verum concipere est probabili & ideo eligi potest, licet oppositi sit probabilior ac tutior. Contrarium n. 166.
35 Jurare se aliquid nescire, quod expedit sub secreto tegere, subaudiendo in mente, ita ut expedit revelare, multi opinantur non esse perjurium.
36 Idem in eo qui coactus jurat se pecuniam soluturam, subaudiendo intra se si erit debitor.
37 Idem in eo qui per metum jurat se accepturam aliquam in uxorem, subintelligendo si mihi placuerit.
38 Idem in muliere qua sciens occultum impedimentum dirimens, metu excommunicationis jurat se velle viro cohabitare, subaudiendo si mihi licebit.
39 Idem in eo qui pecuniam egens, jurat se illam non habere, intelligendo ad mutuandum.
40 Idem in adultera qua jurat se adulterium non commississe, subaudiendo in alio die vel loco.
41 Idem in Clerico qui ut se eximat ab indebita solutione gabellae, jurat se nihil portare, subaudiendo ex quo gabellam solvere tenetur.
42 Idem in viatore veniente ex loco qui peste infectus creditur & jurat se inde non venire, subintelligendo tanquam ex loco infecto.
43 Idem in penitente qui male interrogatus à Sacerdote, falsò negat se confessum fuisse aliquid peccatum, subaudiendo, ita ut illud dicere tenetur.
44 Juramentum quoties exigitur ad faciendum peccatum, potest quis jurare se facturum, subintelligendo intra se, si absque peccato id sibi licebit.
45 Contrarium à n. 80. usque in finem.
46 Reus non juridicè interrogatus potest jurare se delictum non commississe, intelligendo intra se prout sibi illi iudicio & n. 129.
47 Et idem in teste qui jurat se nescire.
48 Contrarium n. 129.
49 Verbum nescio recipit hanc interpretationem, scilicet ad revelandam.
50 Jurans falsum in iudicio ex iusta causa, subaudiendo in mente aliquid quod reddat sensum verum, non peccat secundum aliquos.
51 Idem putat in eo qui occidit hominem ad sui defensionem vel putans esse feram & negat in iudicio se occidisse, intelligendo intra se de facto criminoso & n. 127. 153. & seqq.
52 Idem in eo qui, ut sibi satisfaciat de iniusta taxa, negat in iudicio se fraudasse, intelligendo ita ut deliquerit.
53 Idem in eo qui ut se eximat ab imputatione homicidii quod non commisit, in iudicio negat gladium repertum penes cadaver esse suum, subaudiendo in mente, quatenus est indicium illius delicti.
54 Idem in eo qui ad sui iustificationem abscondit bona ne à creditoribus capiantur & negat iudici se illa habere, subaudiendo ita ut tenetur manifestare.
55 Idem in eo qui cum pecunia mutuo accepta restituerit, in iudicio negat mutuum, subintelligendo, ita ut tenetur solvere.
56 Mendacium non est uti verbis falsum significantibus, quando attentis circumstantiis recipiunt sensum verum, iuxta interrogantis intentionem quam respondens mente concipit.
57 Contrarium n. 153.
58 Mendacium omne ex suo genere est peccatum.
59 Adò nec ad vitandam mortem aut pudicitiam servandam, nec pro salute animae nec pro Dei gloria mentiri liceat, ibid.
60 Mendacio & odio Dei adò intrinseca est malitia, ut nec per omnipotentiam Dei absolutam possit auferri.
61 Mendacium non est perniciosum, sed officiosum vel iocosum est peccatum veniale.
62 Sed addito juramento fit perjurium n. 60.
63 Perjurium est mendacium juramento firmatum.
64 Perjurium omne, quantumcumque mendacium sit leve, ex sui ratione est mortale.
65 Est grave scelus & in lege & in Prophetis & in Evangelio prohibuitur.
66 A quo nec metas mortis excusat.
67 Per illud inferat veritati Dei atrocissima injuria qua sine mortali esse non potest.
68 Mendacio interveniente ex universali regula, juramentum semper est mortale & n. 82.
69 Juramentum in foro animae an sit interpretandum iuxta intentionem recipientis vel jurantis aliò distinguitur, ut n. seqq. usque ad n. 80.
70 Intellectus c. Quicumque arte 22. q. 5. & n. seqq. usque ad n. 81. maxime n. 76.
71 Jurans falsum super lapidem, perjurus est.
72 Sermo molis toties procedit de ore nostro ad destructionem audientium quoties loquitur non ut conventi audientibus Fagnan. in V. Lib. Decretal.

- & n. 136
70 Intellectus, c. Humane aures 22. q. 5. & n. seqq. usque ad n. 80. maxime n. 76. & 161. vers. non obstat secundum.
71 Intentio non debet verbis deservire, sed verba intentioni.
72 Perjurium est, non quod quis ore linguave protulit, sed mente juratò concepit & animo.
73 Declaratur n. 76.
74 Juramentum in consilio animae secundum intentionem jurantis recipit interpretationem, sed in iudicio secundum jus ex sententia Innocentii.
75 Contrarium.
76 Declaratur n. 76.
77 Jurantis intentio non ita est attendenda, ut sit in libertatis sua exponere verba ut vult, sed secundum id quod communiter intelligitur.
78 Juramentum, si non sit eadem intentio jurantis & suscipientis, in foro animae accipiendum est iuxta sanum intellectum ejus qui dolam non adhibet & n. 80. & 161. vers. Non obstat secundum.
79 Jurantis & recipientis simplicem extensionem considerat Deus & ex parte utriusque verborum artem aspernatur & odit.
80 Jurare falsum subaudiendo aliquid in mente quod reddat sensum verum, esse peccatum mortale latissime ostenditur n. seqq. usque ad n. 138.
81 Juramentum artificis compositum ad fallendum proximum accipit Deus secundum quod in quo juratur intelligere debet iuxta rectam intelligentiam verborum.
82 Lingua loquentis est tuba cordis.
83 Mendacium juramento firmatum in quacumque materia & ex quacumque causa, semper est peccatum mortale & n. 88.
84 Mendacium committit qui scienter utitur falsi significatione vocis & aliud subaudit in mente quod reddat sensum verum & n. seqq. usque ad n. 95. & n. 145.
85 Mendacium est falsa vocis significatio cum intentione fallendi.
86 Id est falsum dicendi, n. 88. & seqq.
87 Falsi & errare est unum pro alio seu falsum pro vero putare.
88 Juramentum in quacumque materia est mortale, si verba sunt falsa.
89 Subauditio implicita in mente retenta non excusat quin sit falsa vocis significatio & n. 97. usque ad n. 101. & n. 111. & 147.
90 Fallit quisquis falsum loquitur, etiamsi audiens non fallatur, quia fallaciam intendit sciendum quod est in fallente & n. seqq.
91 Mendacia si non habent quem decipiant, ipsa sibi mentiuntur.
92 Mendacii ratio sumitur à voluntate falsum enunciandi, intentio autem imprimendi falsum in alterius opinionem fallendo ipsum non pertinet ad rationem mendacii, sed aliquamdam illius praesentationem, ibidem.
93 Mendax est qui linguâ profert contrarium ejus quod mentis gerit & n. seq.
94 Mendacii ratio formalis consistit in difformitate & difformantia verborum ab intentione.
95 Mentientis malum est unum habere clausum in pectore & aliud percipit in lingua.
96 Voces cum sint signa intellectus, innaturale est ut aliquis voce significet quod habet in mente.
97 Juramenti verba si non admittant sensum quem jurans mente concepit à perjurio non excusant.
98 Vox externa qua significat falsum, in nullo casu admittit subauditionem internam qua significat verum & n. seqq. usque ad n. 101.
99 Verum & falsum invicem sunt contraria & esse non possunt in eodem subiecto.
100 Perjurium est aliquid juramento promittere, subaudiendo in mente conditionem naturam impossibilem.
101 Conditio impossibilis naturam vitiat stipulationem.
102 Esse & non esse contradictorie sunt opposita.
103 Perjurus est qui apparetur jurat, sed intentionem habet aut non jurandi aut se juramento non obligandi, aut promissionem juratam non adimplendi.
104 Mendacium est materia omnino contraria juramento tam interiori quam exteriori.
105 Jurat is in dolo, in cuius mente est non sic se facturum ut promittit.
106 Perjurus est antequam juret, qui pejerare paratus est.
107 Infidelium sceler ore profiteri, subaudiendo in corde si mihi liceat, nefas est Christiano.
108 Juramentum est actus laetiae.
109 Juramento firmare id quod nihil est, perjurium est.
110 Verum & nihil sunt contradictorie opposita.
111 Juramentum cui veritas non est comes, est perjurium &

Sanchez super Decret. lib. 3. c. 6. n. 37. & 38. oppositum tamen docuerunt Cajet. in 2. q. 89. art. 7. in resp. ad 4. col. pen. vers. ad hoc dicitur & Ang. ibid. circa solutionem ad 2. in 2. concl. & Sot. de just. & jur. lib. 8. q. 1. art. 7. col. ult.

38 Deducunt tertio, an coactus aliquem accipere in uxorem quam accipere non tenetur, tutam conscientiam, jurare possit se illam accepturum, intelligendo intra se si tenebor vel si placuerit mihi, sic Tollet. in sum. lib. 4. c. 21. n. 9. & Sanchez. ubi sup. n. 39.

39 Deducunt quarto, ut mulier excommunicata eod quod viro non cohabitet, propter occultum impedimentum dirimens juxta terminos, c. literas de rest. spol. & c. Inquisitioni de sent. excom. licet possit jurare se cohabitaturam, subaudiendo in mente, si mihi id licebit, Angel. in verbo Juramentum 4. in prin. Silvester in verbo Juramentum 3. q. 2. vers. in juramento vers. Navar. in man. c. 12. n. 9. Philiar. de offic. Sacerd. 2. 1. par. 2. lib. 3. c. 14. ad fin. Sanchez super Dec. lib. 3. c. 6. n. 40.

40 Deducunt quinto, ut rogatus ab amico ut det ei pecunias mutuas possit licite, si illis egeat, juramento affirmare se illas non habere, quamvis verum habeat, subintelligendo intra se ad se mutuandum. Navar. in manual. c. 12. n. 18. & in d. c. humanae aures in 3. q. n. 13. Philiar. d. c. 13. ad fin. Sair in clavi Regia c. 4. n. 26. & Sanchez d. c. 6. n. 41. contra Cordub. de Secreto membro 3. q. 3. Henriq. in summa lib. 3. de pan. c. 19. n. 8. in Comm. lit. R. in fin. & Ludov. Lopez in 1. par. Inquisitioni c. 41. col. 7. vers. Item qui non tenetur.

41 Deducunt sexto, ut uxor interrogata a viro, num commiserit adulterium, absque peccato jurare possit se non commisisse, subaudiendo in alia de vel in alio loco quam in eo in quo illud perpetravit. Navar. in d. c. humanae aures in 1. q. n. 9. Phil. de offic. Sacerd. tom. 1. par. 2. lib. 3. d. c. 14. ad fin. & Sanchez d. c. 6. n. 4. & est ex mente Silvestri. in verbo Juramentum 3. q. 2. vers. In juramento ubi uxor juramentum Rosell. & Astenn. sic art. (Cum vir exigit ab uxore juramentum super adulterio, quia iniqui agit, poterit jurare quod est verum secundum suam intentionem, licet sit falsum secundum intellectum audientis.) Sed contra Sot. de secreto, membro 3. quaestione tertia post 5. conclus. vers. Sed uti foris & de just. & jur. libro quinto, quaest. 6. art. 2. in corp. ad fin.

42 Deducunt septimo, ut Clericus interrogatus a custodibus, an secum deferat aliqua bona, eo sine ut gabellam solvere compellatur, tuto jurare possit se nihil deferre, tacite addendo intra se ex quod debeatur gabella, Silvester in verbo Mendacium, q. ult. vers. Tertio. Sanchez super Decret. lib. 3. d. c. 6. n. 32. vers. Et eadem ratione qui hoc ampliat etiam laicum in eo casu in quo ex aliqua causa non tenetur ad solutionem gabellae, ex Suar. 2. de rel. tract. de jur. lib. 1. c. 9. n. 7.

43 Deducunt octavo, ut viator interrogatus a custodibus Civitatis, an venerit ex tali loco qui creditur, sed non ex peste infectus, tuto conscientiam jurare possit se ex illo non venire, subaudiendo implicito, tanquam ex loco suspecto. Silvester in verbo Juramentum, 3. q. 2. in fine. Nav. in c. humanae aures 22. q. 5. in 2. q. n. 9. & in man. c. 12. n. 13. Toled. in sum. lib. 4. c. 21. n. 9. Phil. de offic. Sacerd. tom. 1. par. 2. lib. 3. c. 14. ad fin. Suarez ubi supra & Sanchez d. cap. 6. n. 35.

44 Deducunt nono, ut poenitentia Sacerdote perperam interrogatus, an tale peccatum confessus fuerit, licet possit jurare se illud non fuisse confessum, concipiendo in mente ita ut non teneatur hoc illi manifestare, ita Henriquez in summa lib. 6. de pen. c. 19. n. 7. Gregor. de Valent. tom. 4. disp. 7. q. 13. par. ult. col. 2. & Sanchez d. c. 6. n. 44. contra Sot. in 4. dist. 18. q. 4. art. 5. in fol. ad 4. vers. atque considerat qui ait poenitentem posse respondere se non dixisse, at non posse affirmare se non dixisse in confessione aut se confessum non fuisse.

45 Demum hanc esse regulam universalem, ut quoties exigitur juramentum ad faciendum aliquid quod sine peccato fieri non potest, jurans possit semper jurare se facturum, intra se intelligendo si absque peccato id facere poterit, tradit Silvester in verbo Juramentum 3. quaestione secunda, vers. In juramento veros; & post eum Sanchez, dicto capite sexto, n. 40.

46 Extendunt plerique, praemissam conclusionem, ut locum habeat etiam in judicio, si iudex non sit competens aut interroget non juridice secundum ea quae leguntur & notantur in capite At si Clerici, & de just. Unde si reus non legitime interroget de crimine quod vere perpetravit, potest jurare se illud non commisisse, subaudiendo intra se eo modo quo iudex interrogat, nempe ut subest illi iudicio.

Idemque affirmant procedere in teste, qui non juridice interrogatus de aliquo directo, potest respondere se nescire intelligendo in mente, ita ut teneatur dicere, quamvis verum illud sciat, quia verbum, Nescio, recipit hunc sensum, ut tibi dicam, secundum illud, Marc. 13. De die illi nemo scit, neque filius hominis. Quod explicat B. Augustinus, Psal. m. 6. in prologo, ut intelligatur ad revelandum, sic Silvestri. in verb. Mendacium q. ult. vers. 4. & Navar. in d. c. humanae aures 12. q. 5. in 1. q. n. 9. quem dicit communiter receptum Sanchez super Decretal. lib. 3. c. 6. n. 23. & 26. Sayr. in Clavi Regia. lib. 4. c. 5. n. 24. & lib. 12. c. 17. n. 29. quamvis de hoc dubitet Sot. de just. & turb. lib. 5. q. 6. art. 2. conclus. 7. & de secret. membr. 3. q. 3. concl. 4. & absolute id negat Sepulveda in l. de ratione reddendi testimonii, cap. 13.

Quin imo aliqui eandem conclusionem extendunt etiam ad eum qui in judicio interrogatur juridice; dummodo subest iusta causa sic jurandi. Et ex hoc.

Inferunt primo, ut si quis occiderit hominem ad sui necessitatem defensionem vel ignoranter putans esse feram aut rem alienam furemque in debiti contentione de hoc in judicio legitime interrogatus, tuta conscientia negari possit, intelligendo intra se de facto criminoso sic Bannes in 2. 2. q. 69. art. 2. dub. penult. Salon. ibidem controver. 11. in 4. ratione, Sayr. in Clavi Regia l. 12. c. 17. num. 26. Lessius de just. & jur. l. 2. cap. 31. dub. 3. num. 14. & Sanchez super Decalog. lib. 3. cap. 5. n. 29. qui ex eadem ratione deducit, ut si taxa aliquis mercis sit iniusta & aliquis majori pretio vendiderit vel defraudaverit in pondere & mensura ad hoc ut sibi satisficeret pro pretii iustitia interrogatus a iudice an plus vendiderit vel fraudaverit in pondere & mensura possit licite jurare se non pluries vendidisse nec fraudasse, subaudiendo in mente, ita ut de liqueret.

Inferunt secundo, ut si reperto cadavere aliquis interrogetur a iudice, an gladius hic reperitus sit, tu 2. vel tali hora illa transivisti licet possit juramento id negare, si vero homicidium non commiserit subaudiendo intra se quatenus est medium illius delicti, ita Sot. de Secreto, membr. 2. q. 7. post 3. concl. dub. 2. Manuel. de ordin. judic. c. 18. n. 7. Salon. ubi supra, Sayr. d. c. 17. n. 11. Lessius, d. dub. 3. n. 14. Sanchez d. c. 6. n. 30.

Inferunt tertio, ut si quis ad sui necessitatem sustentationem absconderit aliqua bona, ne a creditoribus rapiantur, juridice interrogatus jurare possit se nulla bona abscondita habere, addendo intra se, ita ut iudici manifestare teneatur Sanchez ubi supra n. 31.

Inferunt demum aliqui praetermissis, ut si quis pecunias mutuo acceptas solvens se interroget a iudice de mutuo possit juramento id negare subaudiendo in mente, ita ut solvere teneatur, Jus. in l. Manifeste col. penult. ff. de injur. Cepol. cautel. 60. Alciat. in l. 1. §. Si quis simpliciter num. 74. ff. de verborum obligatione, & quos refert & sequitur Covarr. lib. 1. var. resol. cap. 2. numer. 4. Azor. institut. moral. tom. 1. lib. 11. cap. 4. quaest. 5. reg. 2. Suarez tom. 2. de Relig. tract. 2. de jurament. loc. 3. cap. 9. n. 6. & Sanchez d. c. 6. num. 32. qui hoc ampliat pluribus modis.

Quas quidem illationes tueri ea praecipue ratione quod est verba ex proprietate vocabulorum significat, tamen attentis circumstantiis loci, temporis, personae & modi interrogandi, recipiunt sensum verum juxta interrogantis intentionem quam respondentem mente concipit, id est verba hujusmodi possunt absque mendacio usurpari, prout hanc regulam tradunt Navar. c. humanae aures 22. q. 5. in 2. q. n. 7. in fin. Bannes in 2. 2. q. 69. art. 2. dub. pen. & hic Salon. controver. 11. Azor. institut. moral. tom. 1. lib. 11. c. 4. quaest. 5. reg. 2. Sair. in clavi Regia, lib. 12. c. 17. num. 16. Suarez tom. 2. de rel. tract. de jur. lib. 3. c. 9. n. 6. Sanchez d. c. 6. n. 14.

Ceterum in his non obstantibus, ego verius puto hujusmodi implicitas subauditiones non excusare sic jurantes a culpa mortali & hanc esse perniciosa cautelem ad mentium & pejerandum in fragram animarum, Quod ut evidenter appareat, praemitto duas conclusiones in quibus unanimiter conveniunt Theologi & Canonice.

Prima conclusio est. Omne mendacium ex genere suo est peccatum, secundum illud Eccles. Noli velle mentiri omne mendacium, aded ut nullo casu nec ad vitandum sui vel alterius mortem, nec ad pudicitiam servandam, nec pro salute anime nec etiam pro Dei gloria mentiri liceat. Jura sunt clara in c. Primum est capitale, in c. Ne quis arbitretur & in c. Faciat homo cum duobus c. seq. 22. q. 2. & docet Sanctus Thomas in 2. 2. q. 110. art. 3. Imo quod est mirabile, multorum sententia est, Deum ex potestate absoluta posse dispensare etiam in lege naturali; eamque immutare auferendo

ondo malitiam a quibus vis actibus lege nature prohibitis, ita ut nullum sit peccatum furari, occidere, fornicari &c. & tamen conveniunt omnes nullam cadere dispensationem in odio Dei & mendacio, quibus aded essentialis, intrinseca & inseparabilis est malitia de inordinatio, ut nec per Omnipotentiam Dei absolutam possit auferri, ut latissime differt & probat Suarez de leg. lib. 2. c. 15. per tot. maximè n. 4. vers. Qui enim fieri potest, n. 5. & n. 12. vers. Unde mendacium & n. 23. concludens in preceptis 2. tabulae nullam inveniri immutabilitatem ex parte materiae solo excepto mendacio, tum propter alias rationes hic adductas, tum verò quia ejus deformitas non pendet ex alio dominio vel Divino jure, sed statim oritur ex dissonantia verborum ad mentem, quod etiam docuit Sanctus Bonaventura in 3. sent. dist. 38. q. 2. n. 25. & 26.

59 Secunda conclusio. Quamvis mendacium jocofum vel officiosum si nihil habeat pernicioli, sit peccatum veniale, c. Ne quis arbitretur, §. Duo sunt omnino genera 21. q. 2. glof. ult. in c. nec artificiose, eod. casu. & q. Sanctus Thomas in 2. 2. q. 70. art. 4. Tamen si juramentum adiciatur, transit in pejeratum, quod nihil est aliud quam mendacium juramento firmatum, ut dicitur Magister in 3. sent. dist. 39. & hic Sanctus Thomas q. 1. art. 7. Omne autem pejeratum quantumcumque mendacium sit leve, ex sui ratione est peccatum mortale, ut c. In novo, hic. Pejerare immane peccatum est & c. ult. 22. q. 1. ubi dicitur. Pejeratum grave scelus est & in lege & in Prophetis & in Evangelio prohibetur & talis de perjurio poenitentiam imponi debere & de adulterio & de ceteris criminibus vitis, Hec hic, aded ut a perjurio nec metus mortis excuset, nam ut legitur in c. si quis 22. q. 5. qui coactus pro vita redimenda vel pro qualibet causa vel necessitate pejerat, plus corpus quam animam diligit; & probat Sanctus Thomas in 3. sent. dist. 39. q. 1. art. 7. & in 2. 2. q. 98. art. 5. Covarr. in c. Quamvis de pact. in 1. par. §. 1. n. 4. Reddenda ratio, quia cum in juramento Deus adducatur in retem, pejeratum semper est mortale etiam in re levissima, quia atrocissima fit injuria in ejus veritatem, quae quidem contumelia non potest absque peccato mortali contineri; & idem repetit lib. 1. var. resol. c. 1. n. 2. circa med. vers. Nam quod de juramento. Et hanc esse universalem regulam, ut mendacio interveniente, sumper juramentum fit mortale, tradit Cajet. in 2. 2. q. 89. art. 7. in resp. ad 4. col. 7. vers. ad hoc dicitur.

60 Quibus suppositis, pro solutione quaestionis ante omnia inquirendum est, an juramentum in suo animo sit interpretandum juxta intentionem recipientis vel jurantis. Hujus autem articuli determinatio potissimum pendet ex intellectu & conciliatione duorum jurum quae videtur inter se contraria, nempe c. Quamvis ante & c. humanae aures 22. q. 5. nam in d. c. Quamvis Hidorus ait. (Quicumque arte verborum quisque juret, Deus tamen qui conscientiae testis est, ita hoc accipit sicut ille cui juratur intelligit. Dupliciter autem reus fit, quia & Dei nomen in vanum assumit & proximum dolo caput.) Hec hic, concordant textus in c. Ecce, eod. casu. & q. ubi de eo qui super lapidem factum jurat, Augustinus sic ait. Si tu illud sanctum non putas, sanctum puta cui juras, non enim quando juras tibi juras, sed proximo juras. Homini juras ante lapidem, sed non quod ante Deum; Non te audit lapis loquens, sed audit te Deus saltem n. Ad idem textus in c. Quoties 22. q. 5. ubi Hieronimus dicit. Quoties loquimur non ut convenit audientibus, toties sermo malus procedit de ore nostro ad destructionem eorum qui audiunt. Quibus autoritatibus constare videtur juramentum esse interpretandum juxta intentionem recipientis.

Et contra verò in d. c. humanae aures 22. q. 5. Gregorius ait. humanae aures verba nostra talia judicant qualia foris sonant. Divina vero iudicia talia ea audiunt qualia ex intimis profertur. Certè nocet illi qui intentionem & voluntatem alterius variis explicat verbis, quia non debet aliquis verba considerare, sed voluntatem & intentionem, quia non debet intentio verbi deservire, sed verba intentioni. Hec Gregorius cui consonat quod ait Aristoteles 1. Rhetor. c. ult. videlicet Pejeratum est non quod quis ore linguaque protulit, sed mente jurata conceptit & animo. Nec non illud Erapidus in Hipomen. tractatum a Tullio lib. 3. de officiis 73. Juravi lingua mentem injuratum gero. Unde Gratianus post dictum c. humanae sicut inferre. (Si ergo Divina iudicia verba nostra talia foris audiunt, qualia ex intimis profertur, si intentio non debet servire verbi, sed verba intentio, patet quod Deus non accipit sic juramentum sicut ille cui juratur, sed potius sicut qui jurat, intelligit.) Cuius oppositum docuit Hidorus in d. c. Quamvis, glof. in c. Veniens in verbo praescriptis jurat de jurejur. arguit pro & contra & non solvit. Sed Innocentius ibidem n. 2. vers. si autem jurat aliquid determinatè, distinguit forum internum ab exteriori iudicio, dicens. Juramentum in consilio anime secundum intentionem jurantis recipit interpretationem. Quamvis & c. Ad nostram il secundus Fagnan. in V. Lib. Decretal.

de jurejur. Sed in iudicio recipit interpretationem secundum jus, c. Veniens, eod. tit. quam distinctionem totidem serè verbis sequuntur hic Host. n. 4. vers. Et dicit Innocentius, dicens esse notandum & semper hic allegari quod juramentum recipit interpretationem secundum jus in iudicio contentioso, sed in poenitentiali secundum intentionem jurantis & Abb. n. 4. Bald. in l. fin. n. 9. eod. de non num. pecun. Joan. de Selva tract. de jurejur. 2. par. q. 2. & Bart. Cepol. Veron. in rubr. digefforum, de verb. signif. in 7. q. 6. q. principalis ubi ait. (Hac sit conclusio quod in foro anime juramentum interpretatur secundum intentionem jurantis, in foro autem contentioso secundum intentionem deferentis.)

Sed certè primum membrum hujus distinctionis, quod juramentum in foro anime secundum intentionem jurantis sit interpretandum; pugnat ex diametro cum verbis dicti cap. Quamvis, 22. quaest. 5. nam ibi Hidorus dicit: (Deum, qui conscientiae testis est, accipere juramentum juxta mentem ejus, cui juratur: ) & sic aperte loquitur in foro conscientiae prout etiam loquitur August. in dict. cap. Ecce, 21. quaest. 5.

Antonius de Barrio in dict. c. Veniens n. 17. de jurejur. aliter distinguit, videlicet aut mens fulcipiens est certa; & juramentum debet intelligi secundum intentum fulcipiens; aut non est certa & tunc intelligi debet secundum mentem verisimilem jurantis & non secundum mentem non verisimilem fulcipiens; sed secundum id, quod communiter intelligitur & serè in idem recidit dicitur Cardin. ibidem numer. 4. dicens. (Non ita esse attendendam intentionem jurantis; ut sit in libertate sua exponere verba ut volt sed debet attendi mentem, quam verisimiliter persequimur eum habuisse, argumen. capitul. Quintavallis, de jurejur. cum similib. Verum hæc distinctio periculi potius ad forum externum, nec conciliat jura praescripta.)

Quamobrem pro conciliatione rectius distinguit glof. communis in §. Quamvis, post cap. Hoc videtur, in verb. Quamvis, 22. quaest. 5. videlicet, aut ab utroque interpretatur dolo; & tunc juramentum est intelligendum secundum communem significationem verborum, ut c. Ex litteris, de sponfialibus, aut a neutro intervenit dolo & interpretandum est secundum intellectum utriusque, si verba possint utriusque intellectui adaptari, cap. Cum tu, de testibus. Aut ab altero tantum & tunc intelligendum est secundum eum, qui rectè intelligit, ut in cap. Quamvis, 22. quaest. 5. ubi idem tenet Archidiaconus n. 1. & Bellam. eodem numer. & eodem serè modo distinguit egregie Sanctus Thom. in 2. 2. quaest. 89. articulo 7. ad 4. nam ut ipse ait: (Quando non est eadem jurantis intentio & ejus cui juras; si hoc procedit ex dolo jurantis, debet juramentum servari secundum sanam intellectum ejus, cui juramentum praesertur. Et de hoc dolo juramento loquitur Hidorus, ut constat ex illis verbis: (Quicumque arte verborum, id est fraude, calliditate & vertutia,) secundum Hugon. Archidiacon. Bellam. Turrecrem. in princip. Tam ex verbis subsequentibus: (Nomen Dei in vanum assumit & proximum dolo caput: Si autem jurans dolo non adhibeat, obligatur secundum intentionem jurantis.) Et in hoc casu intelligitur autoritas Gregori in dict. cap. humanae aures. Ita D. Thomas qui idem docet in 3. sentent. distinct. 39. quaest. 1. articulo 3. quaest. 3. in corp. dicens: (Dolo jurantem ex juramenti necessitate obligari ad illud servandum taliter ut ex dolo alius non laedatur, si autem simpliciter juret absque dolo, tunc in foro conscientiae non obligari nisi secundum suam intentionem, sed in foro contentioso ubi intentio ignoratur, obligari secundum quod verba communiter accipi solent. Itemque ante eum docuit Alexander de Ales in 4. dicens: (Dei simplicitatis amator & duplicitatis aspernatur, accipit sicut ille qui sine fraude intelligit, undè dictum Hidorus intelligitur de dolo jurante. Si verò uterque fraudulentum fuerit, debent accipi verba illa secundum arbitrium boni viri & secundum quod sonant verba illa apud rectè intelligentes.) Hæc ille quem refert & sequitur Turrecrem. in §. Quamvis post c. Hoc videtur 22. q. 5. n. 4. & seq. ubi etiam Raimundus & Guillelmus ejus glossatorem in hanc sententiam citat & consentiunt Cajetanus in 2. 2. q. 89. d. art. 7. in resp. ad 4. col. 7. vers. ex quibus patet solutio; & Covar. in c. Quamvis de pact. in 1. par. §. 5. n. 1. nec discrepat Host. in d. c. Veniens n. 4. de jurejur., dum ait. (Juramentum in consilio anime secundum bonam & sanam & non fraudulentam intentionem jurantis recipit interpretationem.) Quod distinctio in effectu fuit Gratiani in cap. Qui pejerat, §. Ex his omnibus 22. quaestione quinta. Nam concilians autoritatem Gregori sic ait. Sicut aliud est callida verborum arte jurare, aliud simpliciter intentionem suam jurando; si aliud est simpliciter intentionem suam recipere, aliud in recipiendo calliditate uti. Et intra; Deus autem duplicitatis aspernatur simplicem intentionem utriusque considerat, & tam ex parte recipientis, quam ex parte praesertis verborum artem aspernatur & odit. Quid plura! Hanc veritatem lumine naturali etiam

- 111 *Mentens nihil dicit, quia non dicit quod vox significat nec dicit quod cogitat.*
- 112 *Veritas est ut quod est dicatur.*
- 113 *Mendacium est non solum in falsis verbis, sed etiam in simulatis operibus.*
- 114 *Et aequale est peccatum.*
- 115 *Falso qui mentitur & mente concepit verum, non est a mendacio immunis & n. 140.*
- 116 *Res verbis accommodare, non est in facultate hominis, sed solius Dei & n. 156.*
- 117 *Nec verbis significationem imponere.*
- 118 *Veritas in iuramento est adaequatio vocis ad rem.*
- 119 *Jurans falsum in iudicio & subaudiens in mente verum est obnoxius Deo.*
- 120 *Item iudici & n. seq. usque ad n. 132.*
- 121 *Item parti, n. 131. & n. seq.*
- 122 *Perjurium est nequiter decipere credentem.*
- 123 *Sententia ferri debet secundum acta & probata.*
- 124 *Veritatem occultans metu cuiuslibet potestatis, iram Dei super se provocat.*
- 125 *Apersonatus de crimine capitali non potest iudici secundum iuris formam interroganti veritatem celare sine mortali peccato, & n. 155.*
- 126 *Damnatus ad mortem peccat auferendo de carcere.*
- 127 *Tacens veritatem iudici non iudici interroganti non peccat.*
- 128 *Carceratus iniuste peccat non fugiendo de carcere.*
- 129 *Contrarium, n. 130.*
- 130 *Reus non tenetur respondere, si iudex exquirat quod non debet secundum ordinem iuris, sed potest appellare vel alias licite subterfugere, sed non potest nisi mendacio.*
- 131 *Accusator si in probatione deficiat, tenetur poenas talionis.*
- 132 *Item efficitur infamis & communione privatur.*
- 133 *Juramentum institutum est non per quod se homines salant, sed per quod quisque in alterius notitiam cogitationis suas proferat.*
- 134 *Verbis ad fallaciam, non ad quod instituta sunt peccatum est.*
- 135 *Juramentum suum destruit modus jurandi per internas subaditiones verborum sensum invertens.*
- 136 *Juramenti comes principalis est veritas in audientis notitiam delata.*
- 137 *Voces institutae sunt, ut adstruatur veritas apud audientem qua est apud loquentem & qui ad aliud utitur, incurrit peccatum mendacii, ibid.*
- 138 *Jurans alta voce aliquid falsum & super addens aliquid voce submissa & imperceptibile, quod reddat sensum verum, mortaliter peccat.*
- 139 *Respondere nihil vel ita respondere, ut incertus dimittatur interrogator, paria sunt.*
- 140 *Jurans Italico idiomate perdo, cum apostropho, ut audientem fallat, intendens significare perdo io, perjurium committit.*
- 141 *Idem in eo, qui jurat per verb. Uro, supprimendo lit.*

**F**alsidicus, Joan. Andr. non sumat, quia breve est; sed secundum Abbat. & sequaces hoc dicit. Testis falsidicus tres laedit. Deum, iudicem & partem; & falsus est non solum qui mendacium dicit, sed etiam qui veritatem occultat; secunda pars ibi, *uterque*. In supra scriptione tribuitur Auguithno, cui etiam tribuitur a Raimundo Cont. & Gratiano in capite *Quisquis metu*, in supra scriptione 71. *quaestione tertia*. Non sunt tamen verba Auguithni, sed Ildori, libro tertio, de summo bono, cap. 59. ut refert Anton. Auguithni. in notis ad primam collectionem Decretalium lib. 5. tit. 16. cap. 2. & notatur hoc in gloss. marginali in princip. & in notis post dict. e. *Quisquis*.

Nota primo ibi, *tribus personis est obnoxius*: unico delicto posse aliquem ledere plures personas & teneri omnibus ad satisfactionem, Butr. hic n. 3. Abb. & Marian. Socin. in 1. notab. Facit quod legitur & notatur in l. Numquam ff. de privat. delict. & in cap. Parochianos, de sentent. excommunicat. Et quia in tribus offendit, in tribus puniatur, ut hic in gloss. *penult.* & per Hosten. n. 4. Butr. num. 6. quod latius prosequitur Abb. n. 5. & 6.

Secundo nota ibi, *qui veritatem occultat*; talem esse falsum & poena falsi teneri non modo cum mendacium dicit, sed etiam cum celat veritatem. Idem dicitur in cap. *Quisquis*, 11. *quaest.* 3. Hoc tamen intellige secundum Abb. hic in 2. notab. quando interrogatus super certo articulo respondet se nihil scire, vel quando juravit dicere puram & meram veritatem & multa subicit, ut in e. *Cum dilecti*, supra de accus. Et idem est si dixerit, se non recordari de eo, de quo venimuliter recordari debet, vel si deposuerit obcurat, veritate, aut per malitiam, Farin. in *prax.*

- 142 *Idem in eo, qui pronunciat juramenti verba interrogativi, ut contrarium sensum inducant.*
- 143 *Idem in eo qui intendit ironice loqui ad fallendum proximum.*
- 144 *Mentiri aliud est, quod nunquam licet, aliud veritatem occultare, quod aliquando licet, & n. 164.*
- 145 *In iuramento uti amphibologia seu equivocatione etiam ex justa causa vel jocose est mortale peccatum, si verba communi audientium usque non admittant sensum verum quem jurans intendit.*
- Secus si verba utramque sensum admittant n. 147. & num. 151.
- Quod tamen fallit in iudicio, n. 149. & sequentibus.
- 146 *Juramentum est accipiendum iuxta propriam & communem verborum intelligentiam.*
- Mendacium idem est, quod assertio falsi cogniti, ibidem. Peccatum grave & mortale idem sunt, ibid.
- 147 *Jurans non obligatur nisi secundum intentionem suam, si verba ita duplicia sint, ut aequaliter diverfos sensus expriment.*
- 148 *Amphibologia qua usus est B. Franciscus an salvetur a mendacio.*
- 149 *Amphibologia seu equivocatione dolose uti in iudicio est mortale peccatum, etiam si verba ex communi intelligentia utrumque sensum admittant.*
- 150 *Veritatis proditor est, qui in iudicio non libere veritatem pronunciat, quam libere pronunciare potest.*
- 151 *Testis tenetur poena falsi qui obcurat, versute aut per malitiam testificatur.*
- 152 *Mendacium salvari non potest ex interrogantis intentione, quam respondens mente concepit attentis circumstantiis.*
- 153 *Maxime in iudicio.*
- 154 *Judex debet solum veritatem indigere pro administratione iustitiae.*
- 155 *Scripturae sacrae praeter sensum litteralem insunt alii sensus spirituales & mystici.*
- 156 *Omnes scientias transcendit, quia dum narrat gestum prodit mysticum.*
- 157 *Nec multiplicitas sensuum facit equivocationem, nec aliquam speciem multiplicatis.*
- 158 *In nulla scriptura humana potest reperiri nisi sensus literalis, sed tantum in divina cuius Spiritus sanctus est autor, homo vero instrumentum.*
- 159 *Mendacium per verba Testamentum tueri non licet, & n. 162.*
- 160 *Et quomodo in Scriptura Divina a mendacio excusetur qua secundum litteram videntur falsa.*
- 161 *Factis aut verbis significare id quod non est, nunquam licet, sed praetermittere significare id quod est aliquando licet.*
- 162 *Simulatio seu fictio, cui mendacium non inest, utilitatis causa interdum esse licita.*
- 163 *Ore non aliud loquamus & aliud corde, ne simus Judas & Herodiani.*

**F**alsidicus, Joan. Andr. non sumat, quia breve est; sed secundum Abbat. & sequaces hoc dicit. Testis falsidicus tres laedit. Deum, iudicem & partem; & falsus est non solum qui mendacium dicit, sed etiam qui veritatem occultat; secunda pars ibi, *uterque*. In supra scriptione tribuitur Auguithno, cui etiam tribuitur a Raimundo Cont. & Gratiano in capite *Quisquis metu*, in supra scriptione 71. *quaestione tertia*. Non sunt tamen verba Auguithni, sed Ildori, libro tertio, de summo bono, cap. 59. ut refert Anton. Auguithni. in notis ad primam collectionem Decretalium lib. 5. tit. 16. cap. 2. & notatur hoc in gloss. marginali in princip. & in notis post dict. e. *Quisquis*.

Nota primo ibi, *tribus personis est obnoxius*: unico delicto posse aliquem ledere plures personas & teneri omnibus ad satisfactionem, Butr. hic n. 3. Abb. & Marian. Socin. in 1. notab. Facit quod legitur & notatur in l. Numquam ff. de privat. delict. & in cap. Parochianos, de sentent. excommunicat. Et quia in tribus offendit, in tribus puniatur, ut hic in gloss. *penult.* & per Hosten. n. 4. Butr. num. 6. quod latius prosequitur Abb. n. 5. & 6.

Secundo nota ibi, *qui veritatem occultat*; talem esse falsum & poena falsi teneri non modo cum mendacium dicit, sed etiam cum celat veritatem. Idem dicitur in cap. *Quisquis*, 11. *quaest.* 3. Hoc tamen intellige secundum Abb. hic in 2. notab. quando interrogatus super certo articulo respondet se nihil scire, vel quando juravit dicere puram & meram veritatem & multa subicit, ut in e. *Cum dilecti*, supra de accus. Et idem est si dixerit, se non recordari de eo, de quo venimuliter recordari debet, vel si deposuerit obcurat, veritate, aut per malitiam, Farin. in *prax.*

- 13 *beri potest; & non peccat, nisi ipse affectate procurasset;*
- 14 *ut veritas ab aliis haberi non posset, sed solum ab ipso, ut in cap. Primus & cap. Ne quis, 22. quaest. 2. Aut non potest aliter de veritate liquere; & tunc aut facturitas tendit ad damnum proximi; & hoc etiam casu tacens peccat, argum. huius cap. quia in mandato legis continetur, Dilige proximum tuum sicut teipsum, c. Caritas, §. Proximos, de panit. distinctio. 2. Et quia quod mihi prodest & non nocet, facere tenens, l. 2. §. Item, Varni, ff. de aqua pluvial. arden. & not. gloss. in cap. Quisquis metu, in verb. Prodesse, 11. quaest. 3. Si vero taciturnitas tendit in utilitatem proximi, ut in causa criminali, ne proximus damnetur; & hoc casu non est peccatum tacere, ex quo non acceptavit officium testificandi, nec alias ex officio tenetur, ut in cap. Discehorum, supra de testib. eodem. Quod tamen verum est, nisi in subsidium secundum Innocent. in e. eodem tit. Et praedictis adde, quod peccat etiam qui tacet veritatem in imperatione, quam facit a Principe, ut cap. Super litteris, de script. secundum Mar. Soc. hic n. 20.*
- Ultimo nota ex fin. litterar. pari reprehensione dignum videri eum qui necesse inquit & eum, qui iussit non vult prodesse: utroque enim est, contra officium Sacerdotis, cap. final. in princip. supra de postul. Hostien. hic in fine, Joan. Andr. n. 1. in fine, Abb. n. 4. in fin. vers. ultim. & Marian. Socin. n. 2.
- Quarto, ut sit mortale peccatum jurare falsum, subaudiendo aliquid in mente retentum, quod reddat sensum verum.
- Hic est frequens Modernorum concertatio, in qua conveniunt omnes peccatum esse sic jurare sine iusta causa. Licet vaitatum sit laceratis, quale licet peccatum. Aliis quidem affirmantibus esse mortale, quia licet jurans agit contra praecipuum iuramentum finem, qui est determinatum veritatem aperire, cap. Juramenti, 22. quaest. 5. & latius patet ibi infra num. 132. inter quos recentiores Cardin. Cajetan. in 2. 2. quaest. 89. artic. 7. in respons. ad 4. col. penultim. vers. Ad hoc dicitur, Soxus lib. 5. de justit. & jur. quaest. 6. art. 2. concl. 7. & in lib. 8. concl. 1. art. 7. col. ult. & de Secreto, memb. 3. q. 3. col. 3. in fi. Corduba in Summa q. 69. Azor. Instructio moral. tom. 1. lib. 11. cap. 4. quaest. 5. in fin. Lopez par. 1. Instructio cap. 4. col. 7. vers. Item qui non & vers. sequenti.
- Alii vero existimantibus tantum esse culpam venialem sine iusta causa sic jurare, dummodo id non fiat in iudicio ad legitimam iudicis interrogationem nec in prejudicium tertii, quia in tali iuramento deest sola discretio, seu iudicium, e. Unum orarium, §. Quia autem, circa fin. vers. Si dum incaute juramus, 25. distinctio. Et quavis hoc adferebatur fini iuramenti, tamen dicitur id contingere in materia levi; ac proinde non ingerere culpam mortalem, argum. caput. Ne quis arbitretur, §. Duo sunt, 22. quaest. 2. Cujus sententiae sunt Thom. Sanchez super Decalog. tom. 1. lib. 3. cap. 6. num. 15. Bonacina tractat. de leg. disputat. 4. quaest. 1. num. 12. n. 3. Filice. in quaest. moral. tom. 2. tract. 25. c. 11. n. 131. & novissimè Diana rescript. moral. part. 2. tract. 1. mystici.
- rescript. 25. & vacillando Leonar. Lessius lib. 2. cap. 42. dub. 9. num. 93. in fin. dicens: Quod si tali oratione, cum iusta causa non subest, addatur iuramentum, & si iurans Principem esse in oppido intelligendo piculum, joci causa erit gravè peccatum, quia est magna irreverentia ius joci Deum testem adhibere, forte tamen si scandalum ablit, non erit mortiferum.
- Sed si iusta causa subit, puta quia id necessarium, ut utile sit ad salutem corporis, vel ad honorem, aut res familiares tuendas, vel ad quemlibet alium virtutis finem; tunc malorum opinio est, nullam esse culpam jurare id, quod falsum est secundum vocis significationem implicite aliquid in mente, quod efficit sensum verum; eamque tenuerunt, Navarr. in cap. Humana aures, 22. q. 5. in 1. quaest. n. 12. Gregor. de Valent. tom. 3. disput. 5. quaest. 15. punct. 2. & tom. 4. disput. 7. q. 13. punct. ultim. Salon. in 2. 2. q. 69. artic. 2. controvers. 11. in 4. ratione, & in solutione. ad 1. & ad 2. Toledo in Summa lib. 4. c. 21. n. 9. Philarchus de officio Sacerdot. tom. 1. part. 2. lib. 3. c. 14. Suarez tom. 2. de Religione lib. 3. cap. 11. n. 4. & §. Reginald. in *prax.* tom. 2. lib. 24. cap. 1. n. 10. & mordicus tuetur Sanchez alios referens super Decalog. tom. 1. lib. 3. c. 6. n. 15.
- Pro hac opinione ponderat primò hunc loquendi modum per implicatas subaditiones frequenter usurparsi in sacris litteris, nam Joan. 7. Salvator dixit: Non ascendens ad diem festum. & tamen statim ascendit. nihilominus locutio vera fuit subaditione in mente Christi retenta; scilicet non ascendam manifestè, quem sensum significatio vocis non importabat: & Tobie 5. Angelus dixit: Ex filiis Israël ego sum Azarias Anania magni filius. Quae verba similiter secundum propriam significationem erant falsa, sed tamen vera secundum interpretationem retentam

in mente Angeli. Item Genesis 27. Jacob dixit: Ego sum primogenitus tuus Esau, & feci sicut praecipisti mihi. Quorum utrumque fuit falsum, inspecta verborum significatione; & tamen eum vindicant a mendacio multi quos refert & sequitur Pereira in eum locum, disputat. 5. per totum. Item Math. 11. Christus dixit, Joannem esse Eliam. Item Genes. 12. Abraham rogavit Saram uxorem suam, ut uxorem ejus se esse mentiretur; & tamen haec quoque ex subauditis verbis a mendacio excusantur, ut in cap. Quaritur, & in §. Item opponitur, 22. q. 2.

Deinde pro eorum opinione adducunt text. in cap. Humana aures, 22. q. 5. ubi dicitur: Humana aures verba nostra talia iudicant, qualia foris sonant; Divina verò iudicia tales esse audiunt, qualia ex intimis proferuntur. Igitur veritas, aut falsitas sermonis non est accipienda ex verbis externis, sed ex intentione proferentis, ut hic in gloss. 2. Nec mirum, quia ut dicitur in cap. Intelligentia, infra de verbor. significat. Intelligentia verborum ex causis est assumenda dicendi, quia non sermoni res, sed rei est semo subjectus.

Nec iuramentum ream facit nisi rea mens, ut cap. Hominis in fin. 22. q. 2.

Tertio arguunt ab etimologia seu allusione vocabuli ad text. in l. Notionum, §. Instrumentorum, ff. de verborum significatione, cum similiter, nam mentiri est contra mentem ire, Conan. lib. 1. cap. 3. n. 2. Raphael Cuman. in l. Si quis extraneus, ff. de acquirend. haerel. Quare externa verba materialiter tantum se habent ad rationem mendacii, nec refert utrum vera sint an falsa; sed formalitas est mente proferentis est accipienda, cap. Is autem mentitur, §. Nemo mentiens, 22. q. 2. Sanctus Bonaventura in 3. S. mentiarum, dist. 1. n. 2. & 10. Cum ergo hoc casu mens non intendat aliud verbis asserere aut negare, quia quod ipsa concepit utique verba non adferatur intentioni; ac proinde cum non sint mendacium, nullum erit peccatum illa iurjurando firmare, e. Animal advertentium, 22. q. 2.

Id quod etiam confirmat, quia ratio mendacii non consistit in falsitate menti alterius impressa; alioquin mentiretur etiam qui utitur verbis ex se ambiguis quod est falsum, ut patet infra, c. 147. Rursus non consistit in usurpatione verborum sensu improprio & qui eam amphibologiam non admittat, sed mendacium est intendere verbis negare eam ipsam veritatem, qua mente concepit, dist. cap. Is autem mentitur, 22. q. 4. quod secundum eos non contingit in casu proposito.

Quarto arguunt sic: Mendacium est non modo cum quis intendit exprimere falsum verbum, sed etiam factis, e. Cavete, 22. q. 5. S. Thom. in 2. 2. q. 111. art. 1. sed non mentitur, qui verbi gratia dirigit gressus in aliquam partem ad quam ore non intendit; quia non vult significare se autum illac eundi habere quamvis adherat illi concipiat; sed tantum vult occultare animum suum alio eundi; ut idem docet eodem art. 1. ad quart. 1. Ergo similiter non mentitur qui verbis non intendit aliquid falsum significare, sed tantum celare aliquid veritatem audientibus intendendo dicere solam id, quod verum est secundum implicatam subaditionem in sua mente retentam.

Ultimo asserunt saltem negari non posse quin haec opinio sit probabilis, cum tot facultibus rationibus & auctoritatibus faveatur, arg. e. Clement. unica, §. fin. de Summa Trinitate & fide Catholica, in concursu autem pr. babiliu opinio ubique proclamans nullum esse peccatum eligere proferre hoc aut tunc.

Ex conclusione ut supra firmata deducunt primò, ut interrogatus de re, quam expedit sub Decreto tegere, possit licite jurare se nescire, subaudiendo intra se, ita ut expectat revelare, quia locutio vera est, ut urget necessitas sic jurandi, ita Silveiter in verbo Mendacium, quaest. ult. vers. Quarto, quia tamen non loquitur de iuramento, Sorus de just. & jur. lib. 3. q. ult. art. 2. col. pen. Petrus à Navar. de restitut. libro secundo, cap. quarto in nov. edit. in 3. par. dub. 5. n. 242. quos refert & sequitur Sanchez super Decal. lib. 3. c. 6. n. 25.

Deducunt secundò, ut si per injuriam extorqueatur promissio jurata de solvendo aliquam pecuniam licet jurare se solviturum, subaudiendo hanc conditionem in mente retentam si debuerit, quod tenuerunt Angel. in verbo Juramentum 3. n. 8. casu 9. Silveiter in verbo Juramentum 4. q. 7. vers. Secundum ubi sic ait. (Si vero in aliquo sensu intendebat facere quod jurabat, licet non in sensu ejus qui jurabat, ut quia juravit dare centum lateri subaudiendo in animo suo si debuerit, tunc non peccat, quia non tenetur jurare secundum intentionem ejus, cum non sit suus iudex, sed utrum simulatione licita,) quod licet, ut in e. usum 21. q. 2. & sequuntur Navar. in c. humana aures 22. c. 5. in 3. q. n. 6. in fine & in Manual. c. 12. n. 14. Azor inst. moral. tom. 1. lib. 1. c. 4. q. 5. res. 3. junct. vers. Primo quidem, Gregor. de Valent. in 2. 2. dist. 6. q. 7. punct. 4. col. ante pen. &

158  
 Ethnici agnoverunt, nam Cicero in oratione pro Sexto Roscio 52. littero B. Non enim, inquit, ex passione verborum, quibus iurandum comprehenditur, sed ex perfidia & malitia per quam insidie tenduntur alicui; Dii immortales hominibus irasci & succensere solent.

79 Hic ita constituit quod sit mortale peccatum ex quocumque causa iuratio fallam subaudiendo aliquid in mente quod reddat sententiam verum, ostenditur apertissime ex sequentibus.

80 Et primo, Juramentum artificiosè compositum ad fallendum proximum, in foro animæ iuxta sanam intelligentiam suspicientis est accipiendum; quia Deus accipit hoc juramentum secundum quod is, cui juratur, intelligit d. cap. Quocumque, 22. quest. 5. id est intelligere debet secundum rectam intelligentiam verborum, ut hic explicat glossa. 1. ex Turrecem. in verb. Intelligit, & condat ex dictis supra, n. 76. & 77. sed qui jurat id, quod secundum vocis significationem est falsum & subaudit aliud in mente quod reddat sententiam verum, artificiosè conjungit internam subauditionem cum verbis externis ad hoc, ut audiens fallatur & credat verum esse quod verba sonant. Si enim hoc non intendit utique verba falsa non pronunciarit.

81 l. Labro, §. Idem Tabero, ff. de suppellect. legat. cum tuba cordis sit lingua loquentis, ut Bald. inquit, conf. 160. Facta sunt inuestitura, circa finem, vers. Et si dicatur lib. 1. Ergo juramentum ejusmodi artificiosè compositum ad fallendum proximum in foro animæ, iuxta sanam suspicientis intelligentiam est accipiendum; sed juxta sanam suspicientis intelligentiam que ex recta verborum significatione defumitur, id quod juratur est falsum, ut supponitur in questione ergo tale juramentum est perjurium, quod ex sui ratione semper est mortale, ut supra, in 2. concl. n. 60.

82 Secundo, mendacium causa semper est peccatum mortale, c. ult. 22. q. 1. c. Si quis eadem quest. 5. & patet ex dictis supra in 2. concl. n. 60. & sequent. Sed enunciat id quod secundum vocis significationem cognoscitur esse falsum subaudiendo aliud in mente, quod reddat sententiam verum, est mendacium, ergo si firmetur juramento, semper mortale peccatum.

83 Minor probatur, quia mendacium nihil est aliud quam falsa significatio vocis cum voluntate fallendi, ut dicitur August. in lib. Contra Mendacium ad Cosentium, cap. 22. & in Enchirid. cap. 18. relictum à Gratiano in cap. Beatus §. Ille ergo, 22. q. 2. gloss. in l. De estate, §. Si eum esse in verb. Mendacium, ff. de interrogat. actum. Magister et Theologi, in 3. sentent. dist. 3. de in specie sancti. Thomas 9. 1. art. 1. Silvel. in Mendacium, n. 1. sed qui scitenter dicit se aliquid fecisse, quod non fecit, quidquid in mente subaudit, videtur falsa significatione vocis, quia subauditio illa in mente retenta, nihil operatur quoad externam significationem vocis, l. Si repetendi, Cod. de contib. ob caus. & l. In ambiguo, ff. de reb. dub. Item habet intentionem fallendi, quia intendit, ut audiens credat verum esse quod secundum vocis significationem est falsum & sic fallatur, nam falli de errore nihil est aliud, quam unum pro alio putare, c. In quibus, 22. q. 1. Si postquam, §. alium, ff. de liber. & postum. gloss. primo, circa fin. in summa 29. q. 1. Holt. in c. Ad nostram, n. 2. supra de conjug. servor. seu falsum pro verbo putare, c. Quævis, 38. dist. dict. gloss. in summa 29. q. 7. in verb. Erravit. Igitur enunciat quod cognoscitur esse falsum secundum significationem vocis, quidquid internè subauditur, mendacium est. Et confirmatur ex verbis Cajetani in 2. 2. q. 89. art. 7. in responsione ad 4. vers. Ad hoc dicitur, ubi sic ait: (in quocumque materia si verba sunt falsa, tale juramentum est peccatum mortale; & ratio est, quia hic est mendacium juramento firmatum, quia hic est falsæ vocis significatio cum intentione fallendi juramento firmata. Nec excusatur propter implicitam subauditionem in mente retentam; quoniam hujusmodi subauditio non excusat, quia sit falsa vocis significatio cum intentione fallendi illum, ut intelligi sibi promitti quod iste promittere non intendit.) Hæc ille.

83 Præterea esto in aliquo casu, audiens non fallatur, ut contingit in mendacio jocosio, quia audiens fidem non adhibet & sic non fallitur; nihilominus, ut inquit S. Thom. in 3. sentent. dist. 38. q. 1. art. 1. ad ult. Quisquis sciens falsum loquitur, fallit, quomodo non semper aliquis per ejus verbum fallatur veluti si mendacium sit jocosum, quia fallaciam intendit secundum illud Christophoni super Matth. cap. 21. Mendacia si non habent quæ dicitur, nisi sibi sentiuntur, sicut ait Psalm. Mentis est iniquitas sibi. Unde ratio mendacii sumitur à falsitate formali secundum hoc fallaciam quædam habet voluntatem falsum enuncians; quod autem quis intendat fallaciam in opinione alterius constitutum fallendo ipsum non pertinet ad speciem mendacii, sed ad quandam illius perfectionem, ut idem S. Thomas docuit in 2. 2. quest. 109. art. 1. in corp. & post eum Sauch.

Anton. 2. par. tit. 10. cap. 1. de mendatio, §. 1. versio. Secundum est, & versio Tertium, & Silvester in verb. Mendacium, n. 1. & consentit D. Bonaventura in 3. sentent. dist. 38. q. 5. n. 50. ubi sic ait: Cum dicitur mendacium, est falsa vocis significatio cum intentione fallendi; non idem est fallere quod decipere; sed idem est fallere quod falsum dicere unde sensus est cum intentione fallendi hoc est falsum dicendi & hoc atque convenit mendacio jocosio, licet minus completè, quam perniciosio. Hæc ille. Ergo qui sciens falsum loquitur etiam per jocum, quidquid in mente subaudit, mendacium incurrit, siue audientem fallat, siue non.

Tertio, mendax est qui lingua profert contrarium ejus quod mente gerit, cap. Is autem mentitur, 22. quest. 2. 91 In deformitate enim & dissonantia verborum ad intentionem consistit ratio formalis mendacii, cap. Quaritur, §. Item opponitur, versio. Episcopus vero, eadem caus. & quest. & dictum est supra, n. 58. in fin. Nam, ut inquit Magister in 3. sententiarum dist. 38. in 4. dub. littera Cod. hoc malum est proprium mentientis, unum habere clausum in peccato aliud promptum in lingua. Unde glossa exponens illud d. p. 91 Labia dolosa in corde locuti sunt, sic ait: (ubi est duplex cor, cor ita quod aliud dicitur & aliud intendit, hic est mendacium; sequitur S. Antonia. in 2. part. titul. 10. cap. 1. de mendatio, §. 1. Rationem reddit D. Thom. in 2. 2. q. 110. art. 3. in cap. Quia cum vocis naturaliter sint signa intellectuum, innaturaliter est & indubitum, quod aliquis voce significet id quod non habet in mente. Hinc Homer. in 1. Iliade, Exosus mihi veluti inferni porta, qui aliud quidem occultum habet in mentibus, aliud ore profert. Qui autem implicita subauditione utitur ad invertendum sensum verborum, unquam lingua profert contrarium ejus, quod perit in mente, nam lingua profert sensum falsum juxta significationem vocis; & mente concipit sensum verum juxta implicitam subauditionem; nam verbi gratia, si homicidia dicit: Non occidit, & mente subaudit scilicet in die Paschatis, propositio illa, Non occidit, secundum externam vocis significationem est falsa, quia in veritate occidit; sed secundum mentis subauditionem est vera, quia in veritate non occidit tali die. Rursus propositio illa, Non occidit, juxta sonum verborum est simplex & absoluta; & juxta implicitam subauditionem redditur complexa & qualificata; idque non contingit ex significatione vocis quam verba, Non occidit, non admittunt hanc interpretationem, scilicet in die Paschatis, ut per se patet. Sed contingit ex conspectu mentis; & ita qui sic loquitur, habet in lingua contrarium ejus quod mente gerit. Igitur est mendax & si hanc mendacium etiam non perniciosio, sed officioso vel jocosio juramento addat, semper est perjurus & mortaliter peccat, ut constat ex dictis in 4. & 2. concl.

Quarto, si verba juramenti ex propria significatione non admittunt sensum, quem jurans mente concepit, per hoc à perjurio non excusatur, ut si quis jurat se non comedisse, volens significare se non dormisse, vel si dicat fundum, intelligens de equo, ut exemplificat glo. 1. in l. In ambiguo, ff. de reb. dub. quia non est in facultate conjungendi significationem verbis imponere, idque libere figeret Vasquez in prima & secunda questione 103. titul. quart. distat. 82. cap. 4. numer. 29. & Auctores contrarie sententia ut Sanchez in Decalogo lib. 3. c. 6. num. 15. in fin. idemque dicit Sorus de Secreto membro 3. quest. 3. an fin. de eo qui jurat aliquid de Petro, intelligendo intra se alium Petrum ab eo, de quo interrogatur. Ergo ob eandem rationem non excusabitur à perjurio qui in quocumque casu ex subauditione in mente addita invertit sensum assertionis juratæ, quia vox externa que significat falsum, in nullo casu admittit subauditionem internam que significat verum; alioquin contingeret contrarietatem, quia simul significaret verum & falsum que invicem sunt contraria & esse non possunt in eodem subiecto, gloss. in cap. Cum humilitatis, in verb. Fallitas, 22. q. 2. & probat S. Thomas in 1. part. quest. 17. art. 4. quod exemplis claris apparebit. Ecce tu ad interrogationem meam respondes, dabo tibi centum & subaudis intra te, si Colum digito tetigeris: utique responsio verbis expressa affirmat te daturum centum; ex conditione autem in mente addita negat te daturum, quia conditio impossibilis natura vitat stipulationem, l. Generaliter, & l. sep. ff. de verb. obligat. l. Non solum, ff. de act. & obligat. §. Impossibilis, institut. de inutil. stipulat. similiter videtur dicit mulier, accipio te in meam uxorem, que verba Matrimonium inducunt, c. Si inter virum, supra de spons. & cap. Licet de sponsa duorum, & subaudit intra te conditionem, si adulterium commiseris, quæ conditio Matrimonium vitat, cum sit contra illius substantiam, cap. final. de condition. oppos. Igitur externa vox cum subauditione mentis conjuncta simul significat Matrimonium esse & non esse que contrarietate tunc oppositæ, Sanctus Thomas in 1. 2. q. 64. art. 3. ad tertium; & idem est si oppositioes non sint oppositæ

nam si tu dicit dabo tibi centum & subaudis intra te, si mihi placuerit, propositio verbis expressa est pura; tu verò ex conceptu mentis facis eam conditionem. Item si interrogatus à iudice dicas, Non occidit, & mente subintelligas, ut tibi dicam; responsio verbalis est nuda & simplex, ac subauditio eam efficit modalem & complexam quæ omnia repugnant natura verborum cum stare non possit, ut una & eadem propositio simul sit condicionalis, & pura vel complexa & simplex, ut per se patet, & idem dicendum de similibus, nam in quocumque casu questionis propositæ subauditio in mente retenta corrumpit, ac destruit externam significationem vocis, cum aliud vox, aliud subauditio significet: ad hoc textus optimus in l. In ambiguo, & hic glossa prima ff. 1. de reb. dub. & latius patet infra num. 11.

102 Quinto, qui apparetur jurat, sed intentionem habet aut non jurandi, aut se juramento non obligandi, aut promissionem juratum non adimplendi, perjurus est; quia exteriori juramento applicatur mendacium, quod est materia omnino contraria juramento, tam interiori, quam exteriori, unde Gratian. in 3. item qui falsum circa fin. post cap. Animadvertendum, 22. quest. 1. (Ille, inquit, in dolo jurat, aut mendaciter promittit in cuius mente est non sic se facturum, ut promittit;) & in cap. Qui jurare, 2. q. 5. Cromsius ait; (qui peiorare paratus est, antequam juret, jam peiorare esse videtur, quia Deus non ex operibus judicat, sed ex cogitationibus & ex cordis;) & singula membra per rationes invincibiles late profertur & probat doctissimus Cajetanus in 2. 2. q. 89. art. 7. in respons. ad quartum, col. 6. vers. Quocirca; sed qui verbis externis jurat aliquid esse, vel non esse, aut se daturum, vel facturum, & in mente subaudit conditionem impossibilem, vel inducentem contrarium sensum, utique apparetur jurat, sed intentionem habet aut non jurandi, aut certe se non obligandi & promissionem non adimplendi, propterea enim externo juramento obligatorio secundum significationem vocis addit in mente conditionem impossibilem, vel aliam que juramenti vim & obligationem perimit, ut per hanc cautelam non remaneat juramento obligatus; idque concedunt vel Auctores sententiæ oppositæ; dum asserunt sic juramentum non obligari juramento, ergo sic jurans perjurus est.

106 Sexto, si ex aliqua iusta causa liceret verbis exterioribus jurare falsum subaudiendo in mente aliquid, quod redderet sensum verum, secluso scandalo licuisset etiam Matrimonio ad vitandum mortem infidelium scdæ ore profertur subaudiendo in corde, si mihi licet; sed hoc impium esset asserere, c. Non solum 11. q. 3. quia esset applicare actum exterioris cultus cui non deberet. Ergo similiter qui actum exterioris juramenti, qui est actus laticæ, (S. Thom. in 2. 2. quest. 89. art. 4.) applicat materia contrarie, scilicet mendacium, dicitur dicit: Deus est mihi testis quod si fecerim, & subaudit in mente aliud, per quod non intendit facere, mortaliter peccat; est enim hoc exhibere Deo ierementiam coram hominibus qui audiunt juramentum falsum secundum vocis significationem & non percipiunt subauditionem in mente jurantis internam; quod arguunt utitur Cajetanus, in 2. 2. q. 89. art. 7. in respons. ad quartum, vers. Ad hoc dicitur. colum. penult. circa fin.

108 Septimo, qui firmat juramento id, quod nihil est, perjurium committit, quia quod nihil est, non potest esse verum, cum verum, & nihil, seu non ens contradictoriè sint opposita, Sanctus Thomas in 1. part. qu. 37. art. 3. dist. 19. q. 5. art. 1. ad ult. Et juramentum, cui veritas non est composita, perjurium est, c. Animadvertendum, 22. q. 2. qui autem lingua jurat scitenter falsum, & mente concipit verum, utique firmat juramento id, quod nihil est, nam ut formaliter inquit gloss. 1. part. in cap. Is autem mentitur, 22. q. 2. Qui mentitur nihil dicit, quia non dicit id quod vox significat: aliud enim cogitat mente, quam ore profert. Item non dicit id quod cogitat, quia vox illud non significat, nec dicit illud quod voce significat, quia illud non intendit; ergo nihil dicit, ut leg. In ambiguo, ff. de reb. dub. ubi dicitur, quia aliud dicit quam vult, neque id dicit quod significat, quia non vult, neque id quod vult quia id non loquitur. Igitur qui sic loquitur, cum firmet juramentum id, quod nihil est, perjurium committit.

112 Et confirmatur, quia veritas est, ut quod est dicitur, c. Cum humilitatis 22. q. 2. Tu vero dicit quod non est, ut supponitur in questione, nam quod implicitè subaudit non dicit, sed mente cogitat, d. l. In ambiguo & l. Si repetendi, ff. de condit. ob caus. ergo ipse te seducit & veritas in te non est, d. cap. Cum humilitatis, Sanctus Thomas, in 2. 2. q. 111. art. 1. in corp. & in respons. ad primum; & cum sine veritate jures non juras, sed perjurus, ut in d. cap. Animadvertendum, hic, Si ista defecerunt, nequaquam erit juramentum, sed perjurium 22. q. 2.

Octavo, non solum in falsis verbis, sed etiam in simu-114  
 latis operibus mendacium est, dicit textus in cap. Covete, 22. quest. 5. ubi glossa unica desumit argumentum quod factis mentitur sicut verbis & factis negamus Christum sicut verbis, cap. Existimans 11. q. 3. Nam ut inquit Sanctus 115  
 Thomas, quodlibet 6. art. 17. in corp. Cum eadem intentio fallendi sit in eo qui mentitur verbo & in eo, qui mentitur facto, uterque equaliter peccat; verbum enim & factum assumuntur, ut instrumentum fallendi: Unde non refert quantum ad peccatum mendacii, utrum quis verbo vel facto quocumque vel motu mentitur; sicut nec refert quantum ad peccatum homicidii, utrum aliquis gladio vel securi interficiat hominem. Hæc D. Thomas quem sequitur Archid. in cap. Is autem, num. 1. 22. quest. 2. & idem docuit, in 2. 2. quest. 111. art. 1. Sed qui facto ipso mentitur, non idem immunis est à mendacio, quod in mente aliquid verum subaudit, quia non est in facultate mentientis rerum mo-116  
 rita immunitate, ut Boet. inquit, lib. 1. de consolat. prof. 4. aut res verbis accommodare, S. Thom. in 1. par. qu. 1. art. 10. & quodlibet 7. art. 14.

Alloquin secluso scandalo licuisset etiam Beato Marcel-117  
 lino Jovis simulacro thura adolere, & contempni in mente se non thurificare idolis, sed vero Deo, & tamen fatentur omnes eum peccasse contra fidei confessionem, ut c. Non solum, 21. dist. quia scriptum est, Quicumque me erubuerit coram hominibus, hunc & filius hominis erubescet coram Angelis Dei, ut in proposito ejusdem Pontificis notat Cajetanus, in 1. 2. q. 89. art. 7. in resp. ad 4. vers. Ad hoc dicitur, col. penult. circa finem. Cujus rei evidentissimum testimonium præbuerunt horribilia poenitentia postea peracta Pontificatus sponse dimissis & martirium ob fidem susce-118  
 ptum, ut apud Cardin. Bellarm. lib. 4. de Roman. Pontific. c. 9. Ergo pariter nec qui falsis verbis utitur est à mendacio immunis eo quod in mente subaudit verum, quia sicut non est in potestate alicujus facti veritatem immutare, ita nec verbis aliam significationem imponere, nam ut inquit Sanctus Thomas in 3. sent. dist. 38. q. 1. art. 1. in corp. non est in potestate hominis verum significare nec verum scire & probatur in d. l. In ambiguo & hic glossa 1. ff. de reb. dub. & in l. si repetendi, cod. de condit. ob caus. & ex dictis supra n. 89. & 111. & veritas in juramento est adæquatio vocis ad rem secundum Turrecem. in cap. Animadvertendum in responsione ad primum, vers. Nec veritas 22. questione secundâ & Divus Bonaventura in 3. sent. dist. 38. questione primâ, n. 5.

Nono, cum hæc ita se habeant in extrajudicialibus, longè 119  
 magis procedit in iudicio, nam qui juramento utitur, hujusmodi subauditionibus sensum invententibus, obnoxius est Deo, iudici & parti, quæ tria damnantur in hac Decretali.

Obnoxius est Deo, qui artificiosum juramentum accipit 120  
 non secundum mentem jurantis, sed juxta sanam intelligentiam suspicientis, id est secundum id quod suspiciens intelligere debet juxta rectam intelligentiam verborum, ut probatum est supra n. 79. & 80. at juxta rectam intelligentiam verborum & significationem vocis, id quod juratur est falsum, ut supponitur in questione. Ergo hic jurans graviter, obnoxius est Deo, cum Divinum ejus nomen invocet in testimonium fallitatis & ipsius presentiam contemnat, ut hic dicitur.

Obnoxius est iudici, quia cum implicita subauditio in 121  
 mente retenta sit iudicè abcondita & imperceptibilis & exteriora juramenti verba sine falsa, per hoc iudex fallitur etique subtrahitur debitum iustitiæ, quod est mortale peccatum, ut per Divum Thomam in 2. 2. q. 69. art. 1. Item perjurium 122  
 est nequiter decipere credentem, ut c. 1. 22. q. 2. Præterea doloso hoc juramento inducitur iudex ad ferendam iniquam sententiam, ut potè falsis probationibus innixam, quod similiter est contra iustitiam, c. Super eo inf. cod. & c. cum venerabilis sup. de except.

Nec dicatur, si reus qui homicidium commisit ad sui ne-123  
 cessariam defensionem; juret se non occidisse, subaudiendo in mente, ita ut puniri possit, sententiæ absolutoria non est iniqua, cum homicidium hoc casu non sit punibile, cum sit factus de homine. Imò enim adhuc iudex male iudicat, quia non fert sententiam absolutoriam ex eo quod accitatus commiserit homicidium ad sui defensionem, sed ex eo quod homicidium non commiserit; & ita ex falsa causa, cum verò illud perpetraverit. Unde fertur sententiæ ex falsis probationibus, cum secundum acta & probata sit iudicandum, c. Iudicem, 3. q. 7. & §. si quando autem 2. q. 1. c. Psoralis, §. Qui verò, ubi glossa ultima supra de offi. deleg. Insuper reus negando homicidium in causa est ne iudex ad veritatem indagandam inquirat contra alios non culpabiles & iniquè puniat accitatorum in probatione deficientem, ut dicit infra n. 121. quod non faceret, si accitatus veritatem confiteretur. Unde sic jurans merito obnoxius est iudici quod mentiendo fallit, ut hic dicitur.



dolo & intentione fallendi, velut cum quis jurat super Breve dolum supposito in quo aliud continetur quam ipse arbitretur se juraturum, ut exemplificat Gratian. in §. Si ergo, vers. Item obicitur de civibus post d. cap. Humana aures, vel alias cum quis jurat falsum quod putat esse verum. Is enim non mentitur, quoniam quantum in ipso est, non fallit ipse, sed fallitur, ut cap. Is autem mentitur, §. Nemo mentiens 22. q. 2. & c. seq. S. Thom. 2. 2. q. 111. art. 1. & idcirco in eo casu juramentum secundum rectam intentionem jurantis à Deo judicatur, quia Deus audit in corde, gloss. fin. in c. 14. de Summ. Trinit. & fide Cathol. lib. 6. Alii fecus est in eo, qui aliud verbis significat & aliud in mente gerit, ut audientem fallat, ut in casu quaestionis propositae, quia tunc juramentum accipit Deus secundum sanam intelligentiam ejus, cui juratur, ut constat ex dictis cod. n. 76. & n. 80.

93 Non obstat tertium, nam respondetur retorquendo argumentum; si enim mentiri est contra mentem ire & ratio mendacii consistit in negando eam veritatem, quae mente concipitur, sane qui per implicitam subauditionem mente concipit aliquid esse verum & verbis exprimit quod in veritate est falsum, ut sic audientem fallat & indicat ad credendum esse verum quod verum non est, & proculdubio mendacium committit & adjecto juramento pejerat.

94 Non obstat quartum, quia qui diripit alio ingressus suos

non animo illud proficiscendi nihil agit per simulationem, vel dupliciter; non enim per exteriora signa factorum, vel rerum significat aliquid quod non est, quod nunquam licet, sed secundum praeintentionem significat illud, quod est quod aliquando licet, ut per D. Thom. in 2. 2. q. 111. d. art. 1. ad quartum. Quandoque enim aliquid jubendo significamus velle fieri quod fieri nolumus, sed experimentum obedientiae quaerimus, cap. Si quislibet, §. Quandoque 22. q. 2. & ita nulla est hic simulatio, sed solum quaedam fictio, cui non inest mendacium; & ita in terminis ad praedictam objectionem respondet Cajetan. in 2. 2. q. 89. art. 7. in respons. ad 4. col. ult. vers. Ad objectionem autem.

Non obstat ultimum, quia respondetur negando contrariam opinionem esse probabilem, imò enim est falsa sicut Judas secundum illud Augustini, tom. 4. lib. de salutar. docum. incert. Autor. c. 63. Non aliud loquamur, ore & aliud corde, ne simus Judas & Herodiani. Et nihilominus est praedicta opinio esse probabilis, tamen in foro animae omnino eligenda esset contraria quae tutior est, ut dixi in tract. de opinione probabili, quem posui in cap. Ne innuuntur, supra de Constit. ubi latissime ostendi inter duas opiniones oppositas aequè probabiles vel quasi non licere utramlibet sequi, sed omnino eligendam esse tutiorem, à n. 54. usque ad n. 236. idque multò magis si tutior opinio sit certam probabilior, à n. 237. usque à n. 246.



## DE CRIMINE FALSI.

Lucius III. Vigonen. Episcopo.

### CAPUT II.

**S**uper eo, quod sententiam auctoritate litterarum falsarum latam noluisse executioni mandare, tuam prudentiam commendamus; Mandantes, & quoties aliqua scripta sub nomine nostro destinata, redarguenda videris falsitatis, nullam eis adhibeas fidem, & quod per ipsas mandatum fuerit, non observes, sed eum, qui praesentaverit, retineri facias diligenter.

### SUMMARIUM.

- 1 Sententia lata per falsas litteras non debet executioni mandari.
- 2 Falsae litterae jurisdictionem non conferunt & num. 8. & num. 11.
- 3 Matrimonia bona fide contracta in gradibus prohibitis vigore dispensationum quas concesserunt Ordinarii in vim falsarum litterarum an sint irrita nec ne, & n. seq. usque ad n. 13.
- 4 Praelati putativi sive Ordinarii, sive Delegati gesta regulariter sunt valida.
- 5 Etiam quoad spiritualia & pertinentia ad forum interierem.
- 6 Declaratur, n. 9.
- 7 Indulgentia concessa à falsis Praelatis ob communem errorem an valeant, & n. 11.
- 8 Matrimonium contractum coram Parocho putativo tenet. Declaratur, n. 10.
- 9 Rescriptum falsum cuius falsitatis ignoratur, tribuit jurisdictionem.

- Contrarium, n. 11.
- 9 Gesta à Praelato putativo non sustinentur ex communi errore, sed requiritur etiam titulus ab habente auctoritatem.
- 10 Matrimonium contractum coram Parocho intruso non valet.
- 11 Indulgentia à falsis Praelatis concessa quomodo intelligantur esse meritoria. Exceptio falsitatis impedit executionem sententiae etiam latae cum ignorantia falsitatis rescripti, ibid. vers. Quomodo, & n. seq.
- 12 Praelato putativo obediendum est si habeat titulum auctoritatis superioris, secus si per falsas litteras.
- 13 Dispensati à Legato extra limites suae legationis non sunt tuti ex titulo putativo, & communi errore.
- 14 Germania appellatio ex silio in facultatibus non venit Belgium.
- 15 Bona fides excusat à culpa & poena, sed non validat actum nullum.

**S**uper eo. Sententia lata per falsas litteras non debet executioni mandari. Hoc dicit secundum Abbatem antiquum cui consentiunt Joannes Andreas & omnes. Dividitur in duas partes. Primo commendat eum cui scribit de praesentato. Secundo, eum instruit in futurum, hic. Mandantes.

Nota ex hac Decretali per falsas litteras delegatorias jurisdictionem non conferri, propterea enim sententia ex falsis litteris commissiois prolata non demandatur executioni, quia est vitium in radice & fundamento jurisdictionis. Unde ut hic dicebat Laurentius & Goffredus in hoc casu sine tem-

poris praesentatione semper retrahenda est sententia, quia ipso jure nulla est, cum defectus sit in jurisdictione, quorum dicitur sequuntur glossa t. Host. in princ. Joannes Andreas n. 4. in gloss. 1. Collectar. in princ. Butr. n. 6. Card. n. 1. in 2. oppos. Anchar. in 1. not. Abb. n. 4. & Joan. de Ana n. 1. veri. Nota quòd sententia, ubi concludit sententiam latam vigore falsi rescripti dici lata à non iudice; & de hoc esse casum hic, unde ipse sic summat hac Decretalem, sententia lata à iudice impetrato per falsas litteras est nulla, ex quibus apparet hanc esse unanimum Canonistarum sententiam. Nec obstat quòd dicitur auctoritate falsarum litterarum, quia

Verbum auctoritate potest exponi secundum apparentiam & intentionem judicantis, ut per Cardinalem n. 1. in 1. oppos.

Verum hæc procedunt, ut dictum est, si sententia lata fuerit in vim falsi rescripti delegatorii; & sic cum exceptio falsitatis concernit fundamentum jurisdictionis. Nec mirum, quia illius defectus est insaniabilis. Verall. dec. 38. n. 2. lib. 3. secus verò si iudex alius habeat jurisdictionem & falsitas concernat tantum merita causae, eò quòd sententia sit lata per falsos testes vel per falsa instrumenta, quia tunc secundum Joannem de Anan n. 4. in gloss. 1. communiter tenetur sententiam esse aliquam, sed esse rescindendam ope retractionis in integrum, juxta text. in l. Divus, ff. de re jud. quae opinio est etiam de jure verior, nisi in certis casibus de quibus per eum.

Quæro, an Matrimonia, bona fide contracta in gradibus prohibitis vigore dispensationum quas concesserunt Ordinarii in vim falsarum litterarum, sint irrita nec ne.

Quidam Regularis Ordinis N. in Hispania decem annorum spatio multas litteras dispensationum Matrimonialium à Sede Apostolica impetratas super impedimentis dirimentibus falsificavit mutatis gradibus contra alios falsitatis patres, de quibus constitit in Curia Nunciis Apostolicis. Cum verò Ordinarii ad quos litterae fuerunt directae, falsitatem ignorantes, multas dispensationes concesserint; & subinde sic dispensati bona fide in gradibus prohibitis Matrimonium contractarint ac prolem susceperint, Rex Catholicus supplicat S. D. N. ut digneur committere Episcopo Oxometi, ut auctoritate Apostolica confirmet Matrimonia, ut praefertur, contracta.

Explorati juris est sententia ab Ordinariis lata in vim falsarum litterarum hujusmodi & dispensationes exinde concessas esse omnino irritas ex defectu jurisdictionis. Casus est hic secundum communem omnium intellectum, ut plene ostensum est supra, unde difficultas ad hoc tantum restringitur, an sic dispensati tamen se possint ex titulo putativo & communi errore, juxta terminos legis Barbarius, ff. de offic. Praet.

Et quidem gesta publici officii auctoritate per Praelatum, sive Ordinarium sive delegatum qui communi estimatione credebatur auctoritatem habere, regulariter sunt valida, ut de Ordinariis est textus in d. l. Barbarius & de delegato in c. Infamis §. Verumtamen 3. q. 7. Imò, quamvis Innoc. in c. eum dilectus de rescr. tenet d. l. Barbarius habere locum in O dinario tantum, prout loquitur, non autem in delegato; idemque videtur sentire Bart. in l. 2. cod. de Senator. tamen communis opinio est in contrarium quam sequuntur Angel. & Salic. in d. l. 2. Imola in l. Ouidam consulant de re jud. Abb. in c. Gratian n. 11. de offic. deleg. Quae conclusio habet locum etiam in Spiritualibus in quibus jus Divinum non repugnat, ut tenent Innoc. Host. Card. & alii in c. Nihil de elect. eisdem Innoc. in c. Veritatis n. 2. de dol. & centum. Rosel. in verbo Confessio Sacramentalis 3. num. 4. Tabien. Absolutio, num. 3. Angel. Confessio 4. num. 12. Silvester Confessor 2. n. 15. & Navar. in c. placuit de panit. dist. 6. n. 177.

Idemque indulgentias concessas à falsis Praelatis ob communem errorem, putat esse validas. Jaton. in lege Praescriptione n. 26. cod. si contra jus. Et Matrimonium contractum coram Parocho carente legitimo titulo ob vitium aliquod latens esse validum tenet Henricus lib. undecimo, de Matrim. cap. 3. num. 4. & Man. 1. tom. Summa 2. edit. c. 219. n. 8.

Et generaliter rescriptum omnino falsum, cujus tamen falsitas ignoratur tribuere jurisdictionem, cum propter dubium constituit delegatum in quasi possessione jurisdictionis, tradit Bartol. in d. l. praescriptione, quem sequitur Card. in c. super litteris de rescr. & illius opinionem putat veram Jaf. in d. c. n. 26.

Verumtamen ad hoc ut valeant gesta ab eo qui auctoritatem non habet, non sufficit communis error, sed requiritur etiam titulus à Superiore collatus, licet is titulus sit reverè invalidus ob vitium aliquod occultum, ita probat textus in d. l. Barbarius & in d. c. Infamis, hic si servus cum putaretur liber ex delegatione sententiam dixit; & sentit glossa fin. in d. c. Nihil de elect. ubi dicit idcirco hic valere acta illius Praelati, quia fuit in quinta administratione & in quasi possessione Praelationis de licentia Papae & pro Praelato habitus fuit, quam glossam hic sequuntur Innoc. n. 4. Joan. Andr. n. 28. Butr. n. 27. Anchar. in fin. q. 4. ubi Joannes Vincent. & Goffred. in hac sententiam citat Imol. n. 7. & Abb. n. 11. dicent. Nec communis error ex quo deest auctoritas Superioris, nam lex Barbarius, ff. de offic. Praet. fundat se super communi errore & super auctoritate Superioris, nam ille servus qui putabatur liber, habuit officium Superioris; & sic concurrebant hic duo, scilicet auctoritas Superioris & communitas error, secus autem hic adesset unam tantum, ut tenuit hic Innoc. & Bald. in repet. d. l. Barbarius. Hæc Abb. Idem

tenet Archid. in c. alienationis 12. q. 2. n. 2. & alii copiose relati à Tiraque. post leges connub. gloss. 8. num. 145. Tabien. Ang. Silvest. & Navar. in loc. supra cit. & est communis opinio, ut testatur Ab. in c. dudum si secundo n. 20. de elect.

Neque verò ad hoc satis est, ut titulus conferatur à quocumque Superiore, sed conferendus est à legitimo & auctoritatem habente, ut docuit Composit. id d. c. Nihil n. 4. in verbo administrat, vers. Item per Superiorem confirmatum, quem refert & sequitur hic Anton. de Butr. n. 24. Anchar. hic ad fin. q. 4. Henr. Boich. in §. Caterum n. 4. Idem aperte scripsit Bald. in d. l. Barbarius in prima lectione, n. 29. & hic Jafon. n. 48. & 51. Bertrand. conf. 128. ad fin. vol. 1. Anr. Gabr. in tit. de probat. lib. 3. concl. 8. & idem est valida sint Matrimonia celebrata coram Parocho qui caret titulo ob occultum aliquod vitium, tamen nulla sunt contracta coram Parocho intruso, qui scilicet à Superiore titulum non habet, ut tradunt Henricus & Manuel loc. cit. & post eor Sanchez, de Matrimonio, libro tertio, disputatione v. gesimâ secundâ, n. 60.

Quomobrem, cum in casu de quo agitur, Ordinarii qui auctoritate Apostolica dispensaverunt reverè in gradibus falso expressis in litteris nullam haberent facultatem dispensandi à Summo Pontifice, sed potius ab illo Regulari qui litteras vitavit, hinc videtur sequi ut Matrimonia in vim dictarum dispensationum contracta, fuisse prorsus irrita ac nulla, non obstant communi errore & ignorantia falsitatis litterarum.

Neque obstat quòd valeant indulgentiae concessae à falsis Praelatis, si communiter sint habiti pro veris, nam respondeatur Jaton. id non asserere, sed tantum eas non minus operari quoad salutem animarum quam si essent concessae à Praelato vero, sentiens per hæc verba opus tribuens elemosinam falso quæritori esse meritum; ita enim loquitur Anchar. ab eo relatus, alioquin si sentire indulgentias esse validas, ejus opinio esset erronea, nec posset defendi nisi quòd Praelatus habuisset legitimum titulum à Superiore & tamen titulo careret ob occultum aliquod impedimentum. Ideoque contrariam sententiam, id est indulgentias concessas à Praelato cum falsis Bullis non valere, sequitur Oldrad. conf. 76. Quæritur de illo per tot. Anchar. in clem. abusivis in princ. de panit. & remiss. cum quo transit Felin. in suo tract. de indul. col. ult. vers. Caterum de indulgentiis Episcopo, un. Card. in d. clem. abusivis, §. ad hæc quæst. 5. Dec. in cap. Taurum, numero sexto de privileg. & idemmet Jafon. in lege si urbana, num. 8. vers. Alibi tamen, ff. de cond. indub.

Quemadmodum neque obstat quòd secundum Bartolum, rescripta omnino falsa tribuant jurisdictionem, si illorum falsitas ignoretur, nam respondetur Baroli sententiam hac in parte esse communiter reprobatam; & contra eam tenent Bald. & Fulgos. in d. l. Praescriptione, Innoc. in c. venerabili de except. vers. Nunc de actu ubi dicit obediendum esse Praelato minus iusto qui est in pacifica possessione, nam quomodo concurrat auctoritas Superioris, secus verò si per falsas litteras obtinuit reputari Praelatum; & plenius idem Innoc. in c. super litteris in verbo Fofsin, n. 6. vers. Sed quòd si littere falsae dicuntur, usque in finem illius glossae de rescript. late Bellam. dec. 84. incip. Executoria; & Felin. in c. ad audientiam si secundo 21. vers. Fallit sententia de rescript. & contra Bartolum tenere omnes Legistas & Canonistas testatur Jafon. in dicta lege Praescriptionem, sub n. 26.

Quæ opinio est etiam de jure verior quidquid in oppositum scripserit hic Jafon contra quem est textus clarus hic ubi sententia supponitur lata per iudicem cum ignorantia falsitatis rescripti; idemque verbum illud auctoritate exponitur à Card. n. 1. id est secundum apparentiam & intentionem judicantis qui creditur litteras esse veras; & tamen deciditur, ut propter exceptionem falsitatis postea propositam, sententia executioni mandari non debeat, cum deficiat fundamentum jurisdictionis; & ita communiter intelligunt Doctores hanc Decretalem, ut initio diximus num. secundo, ergo per falsum rescriptum, licet illius falsitas ignoretur, nulla tribuitur jurisdictio.

Non obstat decisio Rotæ 136. aliàs 2. de fil. Presb. in novis quæ incipit Voluerant Domini n. 7. ubi dicitur reconstitutum fuisse, dispensationem factam per illum qui commulter reputabatur habere facultatem super Matrimonio, valere licet facultatem non haberet, per consil. Anchar. 409. Vijo & diligenter inspecto in fin. nam respondetur Anchar. non firmari in suo casu dispensationem factam ab Episcopo, durante schismate in gradibus Sedi Apostolicæ reservatis, esse validam propter communem reputationem, imò supponit eam nullam, sed tantum asserit contrahentes ob communem errorem excusari ad effectum legitimitatis prolis, ait enim n. 7. in fine. (Dicebam quòd praesupposito R. P. Dominus electus Leodi non potuissent in dictis gradibus dispensare, tamen ejus dis-